



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum Deus operetur in natura creando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

QVAEST. III. DE CREATIONE, ARTIC. VII.

in causatum, & vehementius ingreditur in ipsum. Sic ergo oportet virtutem diuinam adesse cuilibet rei agenti, sicut virtutem corporis celestis oportet adesse cuilibet corpori elementari agenti. Sed in hoc differt quia vbiq; est virtus diuina, est essentia diuina, non autem essentia corporis celestis est vbiq; cumque est sua virtus. Et iterum, Deus est sua virtus, non autem corpus celeste. Et ideo potest dici, quod Deus in qualibet re operatur, in quantum eius virtute quaelibet res indiget ad agendum, non autem potest proprie dici, quod coelum semper agat in corpore elementari, licet eius virtute corpus elementare agat. Sic ergo Deus est causa actionis cuiuslibet in quantum dat virtutem agendi, & in quantum conferuat eam, & in quantum applicat actioni, & in quantum eius virtute omnis alia virtus agit. Et cum coniunxerimus his, quod Deus sit sua virtus, & quod sit in re rem quamlibet, non sicut pars essentiae, sed sicut tenens re in esse, sequetur quod ipse in quolibet operante immediate operetur, non exclusa operatione voluntatis & naturae.

In cor. art.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod virtus actiua & passiva rei naturalis sufficiunt ad agendum in ordine suo, requirit tamen virtus diuina, ratione iam dicta. AD SECVNDVM dicendum, quod operatio virtutis naturalis ad Deum, & corporis elementaris ad corpus celeste, sunt quantum ad aliquid similes, non autem quantum ad omnia.

In cor. art.

AD TERTIVM dicendum, quod in operatione qua Deus operatur mouendo naturam, non operatur natura, sed ipsa natura operatio est etiam operatio virtutis diuinae: sicut operatio instrumenti est per virtutem agentis principalis. Nec impeditur quin natura & Deus ad idem operentur propter ordinem, qui est inter Deum & naturam.

In cor. art.

AD QVARTVM dicendum, quod tam Deus, quam natura immediate operantur, licet ordinentur secundum prius & posterius, ut ex dictis patet. AD QVINTVM dicendum, quod de ratione virtutis inferioris est, quod sit aliquo modo operationis principium in suo ordine, id est, ut agat ut instrumentum superioris virtutis, unde exclusa superiori virtute, inferior virtus operationem non habet.

AD SEXTVM dicendum, quod Deus non solum est causa operationis naturae, ut conferuat virtutem naturalem in esse, sed aliis modis, ut dictum est.

AD SEPTIMVM dicendum, quod virtus naturalis que est rebus naturalibus in sua institutione collata: in eis est ut quadam forma habens esse ratum & firmum in natura. Sed id quod a Deo sit in re naturali quo actualiter agat, est ut intentio sola, habens esse quoddam in completo, per modum quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis. Sicut ergo securi per artem dari potuit acumen, ut esset forma in ea permanens, non autem dari ei potuit, quod vis artis esset in ea quasi quadam forma permanens: nisi haberet intellectum: ita rei naturali potuit conferri virtus propria, ut forma in ipsa permanens: non autem vis qua agit ad esse ut instrumentum primae causae: nisi daretur ei quod esset vniuersale essendi principium, nec iterum virtuti naturali conferri potuit ut moueret se ipsam: nec ut conferuaret se in esse. unde sicut patet, quod instrumento artificis conferri non oportuit, quod operaretur absque motu artis: ita rei naturali conferri non potuit quod operaretur absque operatione diuina.

AD OCTAVM dicendum, quod necessitas naturae per quam calidus agit, constituitur ex ordine omnium cau-

faru pcedentiu. vñ non excludit virtus causae primae. AD NONVM dicendum, quod licet natura, & voluntas sint sine esse disparata tamen in agendo habent aliquem ordinem. Nam sicut actio naturae praecedat actionem voluntatis nostrae, ratione cuius in operibus artis, quae a voluntate sunt, naturae operatione indiget: ita voluntas Dei quae est origo omnis naturalis motus, praecedat operationem naturae. Unde & eius operatio in omni operatione naturae requiritur.

AD X. dicendum, quod creatura habet aliquam Dei similitudinem participando bonitatem ipsius in quantum est & agit: non tamen ita quod per similitudinis perfectionem ad aequalitatem perueniat. Et ideo sicut imperfectum indiget perfecto: ita virtus naturae in agendo indiget operatione diuina.

AD XI. dicendum, quod duo Angeli minus distant secundum gradum naturae quam Deus, & natura creatura: tamen in ordine causae & effectus, Deus & natura coeueniunt, non autem duo Angeli. Unde Deus in natura operatur, non autem unus Angelus in alio.

AD XII. dicendum, quod Deus non dicitur hominem dereliquisse in manu consilii sui, quin in voluntate operetur, sed quia voluntati hominis dedit dominium sui actus, ut non esset obligata ad alteram partem contradictionis. Quod quidem dominium naturae non dedit, cum per suam formam sit determinata ad vnum.

AD XIII. dicendum, quod voluntas dicitur habere re dominium sui actus non per exclusionem causae primae, sed quia causa prima non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate ad vnum determinet: sicut determinat naturam, & ideo determinatio actus re linquitur in potestate rationis, & voluntatis.

AD XIV. dicendum, quod non quaelibet causa excludit libertatem, sed solum causa cogens. Sic autem Deus non est causa operationis nostrae.

AD XV. dicendum, quod quia causa prima magis influit in effectum quam secunda: ideo quicquid perfectionis est in effectu, principaliter reducitur ad primam causam: quod autem est de defectu, reducendum est in causam secundam, quae non ita efficaciter operatur sicut causa prima.

AD XVI. dicendum, quod Deus perfecte operatur ut causa prima: requiritur tamen operatio naturae ut causa secunda, posset tamen Deus effectum naturae etiam sine natura facere: vult tamen facere mediante natura, ut seruetur ordo in rebus.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Deus operetur in natura creando.

OCTAVO quaeritur vtrum Deus operetur in natura creando, quod est quaerere, vtrum creatio operi naturae admisceatur. Et vñ quod sic, per hoc quod dicit Aug. in 3. de Trin. Apostolus inquit Paulus discernens interius Deum creatorem atque formantem ab operibus creaturae, quae ad mouetur extrinsecus, de agricultura similitudinem assumens ait, Ego plantavi, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Sed dices, quod creatio accipitur ibi large pro qualibet factio. Sed contra. Aug. ex autoritate Apostoli interdit in verbis praedictis distinguere operationem creaturae ab operatione Dei. Non autem distinguitur per creationem communiter acceptam pro qualibet factio, quia sic etiam natura creat: aliquid enim facit ut ostensum est supra, sed non per creationem proprie acceptam: ergo de creatione proprie accepta, oportet

Oportet verba præmissa intelligere.

Li. 3. de Tri. ca. 8. a. mod.

¶ 3 Præ. idē Aug. subdit: sicut in ipsa vita nostra mēte iustificando formare non potest nisi Deus. p̄dicare autē extrinsecus euangelium etiam homines possunt: ita creationē rerum uisibilium Deus interior operatur, exteriores autē operationes bonorū siue malorū Angelorum, uel hominum, uel quorū cumque animalū, ita rerū naturæ adhibet, in qua creat omnia, quemadmodū terra agriculturā. Sed mentē nostrā iustificando format creatione proprie accepta. Nā gratia per creationem dicitur esse, ergo & creatione proprie, dicta formas naturales creat. Sed dices, q̄ formæ naturales habēt causam in subiecto, non autem gratia, & pro tanto, gratia proprie creatur, non autem formæ naturales.

Ex Verba uidei haberi super hunc locum.

¶ 4 Sed contra ut dicitur in gl. Gene. 1. creare est ex nihilo aliquid facere. Cū autem hæc præpositio ex, quandoque importet habitudinē causæ efficientis, sicut Rom. 6. Ex quo omnia, per quē omnia: quandoque autem habitudinē causæ materialis: sicut habetur Thobia. 13. Omnis circuitus murorū eius ex lapide can. & mun. cū dicitur aliquid ex nihilo fieri: non negatur habitudo causæ efficientis: quia sic Deus rerū creatarum causā efficiens non esset, sed negatur habitudo causæ materialis. Formæ autem naturales habēt in subiectis causas efficientes: per quod differunt a gratia, habent etiam & materiā in qua, quod & gratia competit. nō ergo magis cōpetit ratio creationis gratiæ, quā naturalibus formis per hoc, quod est habere causam in subiecto.

Lib. 1. com. 2. & 4.

¶ 5 Præ. Formæ artificiales nō habēt causam in subiecto, sed sunt totaliter ab extrinsecō: si ergo grā pp hoc creati dī, quia nō hēt cām in subiecto, pari ratione, formæ accidentales artificiales creabunt. ¶ 7 Præ. Id qd̄ nō hēt materiā partē sui, nō p̄t ex materia fieri, sed formę nō hēt materiā partē sui, quia forma distinguit & cōtra materiā, & cōtra cōpositū, ut patet in principio secundi de aīa. Cū ergo formæ sūt, quia de nouo esse incipiūt, uidetur q̄ non fiant ex materia, & sic sunt ex nihilo, & per consequens creātur. Sed diceretur, q̄ licet formæ naturales nō habeāt materiā partē sui ex qua sint, habēt tñ materiā in qua sunt, & pro tanto nō creantur.

Lib. 1. Phy. Res. 33. 42. & 164.

¶ 7 Sed cōtra. Sicut aliæ formæ naturales, ita & anima rationalis est forma in materia. Sed anima rōnalis creati ponit. ergo & similiter est de aliis formis naturalibus ponendū Sed dices, q̄ anima rationalis nō educitur de materia: sicut aliæ formę naturales. ¶ 8 Sed cōtra. Nihil educitur de aliquo, quod non est in eo. Sed ante finem generationis forma quæ est generationis terminus, non erat in materia, alias essent formæ contrariæ in materia simul. ergo formæ naturales non educuntur de materia.

¶ 9 Præ. Forma quæ est generationis terminus, nō apparebat ante generationē cōpletam. Si ergo erat ibi, erat latēs. Et ita sequerēt latitatio cuiuslibet in quodlibet, quā ponebat Anaxag. & Aristoteles improbat in 1. Phy. Sed dices, quod forma naturalis nō existebat in materia ante completam generatiōnē complete, ut Anaxag. ponebat, sed incomplete. ¶ 10 Sed contra, si forma aliquo modo est in materia ante terminum generationis, est ibi secūdū aliquid sui. Si autem non est ibi complete secūdū aliquid sui, non præexistit: habet ergo forma aliqd̄ & aliquid, & sic non est simplex: cuius contrariū in principio sex principiorum habetur.

¶ 11 Præ. Si non complete præexistit in materia, &

A postmodū cōpletur, oportet q̄ p̄ gnationē ei adueniat cōplemētū. Illud autē cōplemētū in materia nō p̄existebat, quia sic fuisset ibi cōplete. ergo illud cōplemētū p̄ creationē erit ad minus. Sed dices, q̄ p̄re existebat in materia incōplete, nō quidē secūdū partem, sed quia alio modo erat ante, & alio modo post: prius em̄ erat in potentia, sed post est in actū.

¶ 12 Sed cōtra. ex hoc q̄ aliquid alio & alio modo se habet est alteratio, non generatio. Si ergo per opus naturę nō sit aliquid, nisi q̄ forma q̄ prius erat in potentia postea sit actū, sequeretur q̄ per operationē naturę nō sit aliqua gnatio, sed alteratio sola.

¶ 13 Præ. In natura inferiori non inuenitur aliqd̄ adiuum principū nisi accidēs. Nam ignis agit per calorē qui est accidēs: & similiter de aliis. Sed accidēs non potest esse causā actiua formæ substantialis, quia nihil agit ultra suam speciem: effectus autem nō p̄minet cāe, cū tñ forma substantialis p̄mineat accidēti. ergo forma substantialis nō p̄ducit p̄ actionē naturæ inferioris, & ita oportet q̄ sit p̄ creationē.

¶ 14 Præ. Imperfectū nō potest esse causā perfecti. Sed in semine bruti animalis nō est vis animæ nisi imperfecte, ergo anima bruti nō p̄ducit p̄ actionē naturæ virtutis feminalis. & ita oportet q̄ sit p̄ creationē, & pari ratione omnes aliæ formæ naturales.

¶ 15 Præ. Illud quod non est animatum nec uiuum, nō potest esse causā rei animatæ uiuētis: sed animalia, quæ generātur ex putrefactione sunt res animatæ uiuentes, non autē inueniuntur in natura aliqua uiuentia, a quibus eis vita conferatur. ergo oportet q̄ eorum animæ sint per creationem a primo uiuētē, & pari ratione aliæ formæ naturales.

¶ 16 Præ. Natura non agit nisi sibi simile. Sed aliqua res naturalis inuenitur generari: cuius similitudo in genere nō p̄cessit. Mulus. n. neq; equo neq; asino est similis in specie. ergo forma muli nō est p̄ actionē naturæ, sed p̄ creationē. & sic idem quod prius.

Lib. 2. de lib. arb. c. 17.

¶ 17 Præ. Aug. dicit in lib. de vera Reli. quod res naturales formis suis formatæ nō essent nisi esset aliqd̄ primum unde formarētur: hoc autē est ipse Deus. ergo omnes formæ sunt per creationem a Deo.

In li. de Tri. ante mc. lib. 2.

D ¶ 18 Præ. Boetius dicit in lib. de Trin. quod ex formis, quæ sunt sine materia, uenerunt formæ quæ sunt in materia. Formæ autem quæ sunt sine materia, non possunt intelligi in proposito, nisi idæ rerum in mente diuina existentes. Nam angeli, qui possunt dici sine materia formæ, non sunt causæ formarum naturalium, ut patet per Augustin. 3. de Trin. ergo formæ naturales non sunt per actionem naturæ, sed a datore create.

Lib. 1. ca. 8. & 9. 10. 11.

¶ 19 Præ. In lib. de causis dicitur, quod esse est per creationem. hoc autem nō esset nisi formæ crearetur. nam forma est efficiendi principium. ergo formæ sunt per creationem. ergo Deus in materia operatur aliquid creando, scilicet ipsas formas.

In propo. 18. circa hūc.

E ¶ 20 Præ. Id quod est per se, est causā eius quod nō est per se. Sed formæ rerum naturalium non sunt per se, sed sunt in materia, ergo earum causā est forma per se stans. Et ita oportet, q̄ formæ naturales sunt per creationem ab agente extrinsecō. & sic uidetur, q̄ Deus in natura operetur, formas creando.

SED CONTRA. Op̄ creationis distinguit ab ope gubernatiōis & p̄pagationis. Qd̄ autē actione naturę agit p̄tinet ad op̄ gubernatiōis, & ad rerū p̄pagationē. ergo creatio operi naturæ nō admiscetur.

¶ 21 Præ. Nihil potest creare nisi solus Deus. Si ergo formæ sunt p̄ creationē, nō erunt nisi a Deo, & sic Quæst. dist. 5. Tho. C 4 omnis

QVAEST. III. DE CREATIONE, ARTIC. VIII.

omnis actio nature frustrabitur, cuius finis est forma. Præter. Sicut forma substantialis non habet materiam partem sui, ita nec accidentalis. Si ergo propter hoc formas substantiales oportet esse per creationem, quia non habent materiam: pari ratione & formas accidentales. Sicut autem res generata perficitur per formam substantialem, ita sit dispositio per formam accidentalem. ergo res naturalis nullo modo erit generans, neque sicut perficiens, neque sicut disposiens. Et sic cassâ erit omnis natura actio.

¶ 4. Præter. Natura est ex similibus similia procreans. Sed generatum inuenitur simile generati secundum speciem & formam. ergo ipsa forma generati fit per actionem generantis, & non per creationem.

¶ 5. Præter. Diverforum agentium actiones non terminantur ad unum effectum, sed ex materia & forma fit unum simpliciter. ergo non potest esse, quod sit aliud agens quod disponit materiam, & quod inducit formam. Disponens autem materiam, est agens naturale. ergo & inducens formam. Et sic formæ non sunt per creationem, & ita creatio non admittitur operibus naturæ.

RESPON. Dicendum, Circa istam questionem diuerse fuerunt opiniones. Quarum omnium videtur radice fuisse unum & idem principium, secundum quod natura non potest ex nihilo aliquid facere. Ex hoc enim aliqui crediderunt, quod nulla res fieret aliter, nisi per hoc quod extraheretur a re alia, in qua latebat, sicut de Anaxa. narrat Philosophus in 1. Physic. Qui ex hoc videtur fuisse deceptus, quia non distinguebat inter potentiam & actum: putabat enim oportere, quod actu præxisterit illud quod generatur. oportet autem quod præexistat potentia, & non actu. Si enim non præxisteret potentia, fieret ex nihilo. Si vero præxisteret actu, non fieret: quia quod est, non fit. Sed quia res generata est in potentia per materiam, & in actu per suam formam: posuerunt aliqui, quod res fiebat quantum ad formam materia præexistente. Et quia operatio naturæ non potest esse ex nihilo, & per consequens oportet quod sit ex præsuppositione, non operabatur secundum eos natura, nisi ex parte materia, disponendo ipsam ad formam. Formam vero, quam oportet fieri & non præsupponi, oportet esse ex agente, qui non præsupponit aliquid, sed potest ex nihilo facere. & hoc est agens supernaturale, quod Plato posuit datorem formarum. Et hoc Avic. dixit esse intelligentiam ultimam inter substantias separatas. Quidam vero moderni eos sequentes, dicunt hoc esse Deum. hoc autem videtur esse inconueniens. Quia cum unumquodque naturæ sit simile sibi agere nam unumquodque agit in eo quod actu est: hoc scilicet, quod est in potentia id quod agendum est: non requireretur similitudo secundum formam substantialem in agente naturali: nisi forma substantialis generati esset per actionem agentis. Ex quo etiam id quod in genito acquirendum est, actu in genere naturali inuenitur, & unumquodque agit secundum quod actu est inconueniens videtur, hoc generante prætermisso, aliud exterius inquirere. Vnde sciendum est, quod istæ opiniones videtur prouenisse ex hoc quod ignoratur natura formæ, sicut & primæ prouenerit ex hoc, quod ignorabatur natura materiæ. Forma naturalis non dicitur uniuoce esse cum re generata. Res enim naturalis generata dicitur esse per se & proprie quasi habens esse, & in suo esse subsistens, forma autem non sic esse dicitur, cum non subsistat, nec per se esse habeat, sed dicitur esse, vel ens, quia ea aliquid est, sicut & ac-

cidencia dicitur entia, quia substantia eis est uel qualis, uel quanta, non quod eis sit simpliciter, sicut per formam substantialem: unde accidentia magis proprie dicuntur entis, quam entia, ut patet in Metaphysic. Unumquodque autem factum, hoc modo dicitur fieri, quo dicitur esse. Nam esse est terminus factionis, unde illud, quod proprie fit, sed est id quo fit, id est per cuius acquisitionem aliquid dicitur fieri. Nihil ergo obstat per hoc quod dicitur, quod per naturam ex nihilo nihil fit, quin formas substantiales ex operatione naturæ esse dicamus. Nam id quod fit, non est forma, sed compositum, quod ex materia fit, & non ex nihilo. Et fit quidem ex materia, in quantum materia est in potentia ad ipsum compositum, per hoc, quod est in potentia ad formam. Et sic non proprie dicitur quod forma fiat in materia, sed magis quod de materiæ potentia educatur. Ex hoc autem ipso quod compositum fit, & non forma, ostendit Philosopho in 7. Metaphysic. quod formæ sunt ex agentibus naturalibus. Nam cum factum oporteat esse simpliciter, oportet id quod est faciens, esse compositum, & non forma per se existens, ut Plato dicebat, ut sic, sicut factum est compositum, quo autem fit, est forma in materia in actu, reducta, ita generans fit compositum, non forma tantum, sed forma fit quo generatur, inquam in hac materia existens, sicut in his catibus, & in his ossibus, & in aliis huiusmodi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ex verbis Augustini in operibus naturæ, creatio Deo attribuitur ratione virtutum naturalium, quas in principio materiæ indidit per opus creationis, non quod in quolibet naturæ opere aliquid creetur.

AD SECUNDUM dicendum, quod creatio proprie accipitur in verbis Augustini. Non tamen referenda est ad effectus naturæ, sed ad uirtutes quibus natura operatur: quæ per opus creationis naturæ sunt, in dicitur.

AD TERTIUM dicendum, quod gratia, cum non sit forma subsistens, nec esse, nec fieri ei proprie per se competit: unde non proprie creatur per modum illum, quo substantiæ per se subsistentes creantur. In talio tamen gratia accedit ad rationem creationis, in quantum gratia non habet causam in subiecto, nec efficiens, nec talem materiam in qua sit hoc modo in potentia, quod per agens naturale educi possit in actu: sicut est de aliis formis naturalibus.

Vnde patet solutio ad 4. Nam cum dicitur aliquid fieri ex nihilo, negatur causa materialis, hoc uero aliquo modo ad carentiam materiæ pertinet, quod aliqua forma de naturali materiæ potentia educi non potest.

AD QUINTUM dicendum, quod licet in natura non inueniatur principium efficiens respectu formarum artificialium, in huiusmodi formæ non excedunt naturæ ordinem, sicut gratia: immo infra subsistunt, quia omne naturale est nobilius quam artificiale.

AD SEXTUM dicendum, quod ex hoc, quod forma non habet materiam patrem sui, sequitur, quod ei creati competeret, si proprie fieri posset, sicut res per se subsistens.

AD SEPTIMUM dicendum, quod licet anima rationalis habeat materiam in qua sit, non tamen educitur de potentiæ materiæ, cum eius natura supra omnem materiæ ordinem eleuetur: quod eius intellectualis operatio declarat. Et iterum hæc forma est res per se subsistens, cum corrupto corpore, maneat.

AD OCTAVUM dicendum, quod forma quæ est generatio-

r. p. q. 46. a. 8. & 2. d. 1. q. j. art. 35.

Lib. 1. Physic. co. 32. 33.

apud Aristoteli 1. meta. co. 6 & 9. Met. lib. 8. co. & 119 cap. 4.

Lib. 7. d. 1.

Lib. 7. d. 1.

1. Met. apud Aristoteli co. 4.

1. eto in arg.

Ad ar. in co.

dis terminus, erat in materia ante generationem completam: non in actu, sed in potentia. Non est autem inconueniens duorum contrariorum vnū esse actu & aliud in potentia.

Erp hoc patet responsio ad 9. Nā Anaxag. nō ponbat formas actu pexistere in materia, sed latere.

Ad x. dicendum, q̄ forma p̄existit in materia imperfecte: non q̄ aliqua pars eius sit ibi in actu, & alia desit, sed quia tota p̄existit in potētia, & postmodum tota producit in actu.

Et per hoc et patet responsio ad 11. patet. n. q̄ nō perficitur esse formæ in materia alio exteriori addito, quod in potentia materia non esset.

Ad xii. dicendum, q̄ esse in potentia & esse in actu non dicunt diuersos modos accidentales, ex quorum diuersitate alteratio pronciat, sed substantiales. Nam etiam substantia diuiditur per potentia in actum, sicut & quodlibet aliud genus.

Ad xiii. dicendum, quod forma accidentalis agit in uirtute formæ substantialis quasi instrumentum eius: sicut etiam in 2. de anima calor ignis dicitur esse instrumentum uirtutis nutritiua. Et ideo non est inconueniens, si d actio formæ accidentalis ad formam substantialem terminetur.

Ad xiiii. dicendum, q̄ etiam in femine calor feminis agit ut instrum. uirtutis aie quæ est in femine. Quæ quidem licet imperfecta sit: tñ est impressio quædam animæ perfectæ relicta. Est enim in femine ab aia generantis, & agit et in uirtute corporis celestis: cuius est quasi instrumentum. Et pp hoc non dicitur q̄ semen generet, sed q̄ anima & sol.

Ad xv. dicendum, q̄ animalia generata ex putrefactione sunt minoris perfectionis aliis animalibus. unde in eorum generatione efficit uis celestis corporis inferiori materiae impressa, quod in generatione animalium perfectorum facit eadem uis celestis cum uirtute feminis.

Ad xvi. dicendum, q̄ licet mulus non sit similis equo, uel asino in specie: est tñ similis in genere proximo: ratione cuius similitudinis ex diuersis speciebus una species, quasi media generatur.

Ad xvii. dicendum, q̄ sicut uirtus diuina, s̄ primum agens non excludit actionem uirtutis naturalis: ita nec prima exemplaris forma, quæ est Deus, excludit deriuationem formarum ab aliis inferioribus formis, quæ ad sibi similes formas agunt. Et per hoc patet responsio ad 18.

Nam Boetius intelligit formas quæ sunt in materia, prouenire ex formis quæ sunt sine materia, sicut a primis exemplaribus: non sicut in materia.

Ad xix. dicendum, q̄ esse per creationem dī, in quantum oīs causa secunda dans esse, hoc habet in quantum agit in uirtute primæ causæ creatis: cū esse sit primus effectus nihil aliud præsupponens.

Ad xx. dicendum, q̄ forma naturalis, quæ est in materia, non potest reduci ad formam per se existentem eiusdem speciei, cum forma naturalis habeat materiam in sui ratione, sed reducit ad formam per se existentem, sicut dictum est.

ARTICVLVS IX.

Utrum anima rationalis educatur in esse per creationem, uel per feminis traductionem.

NONO queritur, utrum anima rationalis educatur in esse per creationem, uel per feminis traductionem. Et vñ q̄ propagetur cum femine. Dicitur enim Ge. 46. Cunctæ anime, quæ in-

A gressæ sunt cum Jacob in Aegyptū, & egressæ sunt de femore illius absque vxoribus filiorum. 66. Sed nihil egreditur de femore patris, nisi per feminis traductionem. ergo anima rationalis traducitur cū femine. Sed diceretur, quod ponitur pars pro toto, id est anima pro homine.

¶ 2 Sed contra. Homo est quid cōpositum ex anima & corpore. Si ergo totus homo ex femore patris egreditur, non solum corpus, sed etiam anima cum femine traducetur, ut prius.

¶ 3 Præt. Accidens traduci nō potest, nisi subiectū traducatur, eo q̄ accidēs de subiecto in subiectum nō trāseat, sed anima rationalis est subiectum peccati originalis: Cum ergo peccatum originale traducatur a parēte in prolem, videtur etiam quod anima rationalis filij a parente traducatur. Sed diceretur, quod peccatum originale, licet sit in anima sicut in subiecto, est tamen in carne sicut in causa: unde per carnis traductionem traducitur.

¶ 4 Sed contra: Roma. 5. dicitur, peccatum per vnū hominem in mundum intrauit, & per p̄tū mors, & ita mors in omnes pertransiit in quo omnes peccauerūt. Glo. autem exponit, in quo homine peccatore, uel in quo peccato. Non autē in illo peccato omnes peccassent, nisi illud vnū peccatū in omnes traductum fuisset. Illud ergo vnū peccatū quod in Adam fuit, in oēs traducitur. Et sic anima illius, quæ peccati subiectum erat, traducitur in omnes.

¶ 5 Præt. Omne agēs agit sibi simile: sed omne agēs agit per uirtutē formæ: ergo illud, quod agit agens, est forma, sed generans agens est ergo forma generati est per actionem generantis. Cum ergo homo generet hominem, & anima rationalis sit forma hominis, videtur quod anima rationalis sit per generationem, & non per creationem.

¶ 6 Præt. Secundū Philosophū in 2. Phis. Causa efficiēs in suo effectu incidit in idē specic. Sed homo sortitur speciem per animam rōnalem. ergo vñ q̄ id quod facit generans in genito, sit anima rationalis.

¶ 7 Præt. Filij simulantur parentibus propter hoc, quod a parentibus propagantur. Simulantur autem parentibus filij, non solum quantum ad dispositiones corporales, sed etiam quantum ad dispositiones animæ: ergo sicut corpora a corporibus, ita animæ ab animabus traducuntur.

¶ 8 Præt. Moyse dicit Leuit. 17. Anima omnis carnis in sanguine est. Sed sanguis cum femine traducitur: præcipue cum sperma non sit nisi sanguis decoctus. ergo & anima cum femine traducitur.

¶ 9 Præt. Embrio antequā anima rationali perficiatur, habet aliquam operationem animæ: quia augeatur & nutritur & sentit. Sed operatio animæ nō est sine uita. ergo uiuit. uita uero corporis principium est anima. ergo habet animam. Sed non potest dici quod adueniat ei alia anima: quia tunc in vno corpore essent duæ animæ. ergo ipsa anima quæ prius erat in femine propagata: est anima rationalis.

¶ 10 Præt. Diuersæ animæ secundum speciem: confluunt diuersas animas secundum speciem. Si ergo in femine ante ipsam animam, rationalem, erat anima, quæ non erat rationalis, erat ibi animal secundum speciem diuersum ab homine. Et sic ex illo non poterit homo fieri: quia diuersæ species animalis non transeunt in inuicem. Sed dices, quod diuersi modi operationes animæ non conueniunt embryoni per animam, sed per aliquam uirtutem animæ quæ dicitur uirtus formatiua.

Sed

Aug. lib. de pec. mer. & remis. c. 10.

Lib. 2. Text. 70. rom. 2.

Lib. 2. co. 10. D. 240.

Iero citato ia argum.

Ad art. 17. & in corp. art.